

בִּיחוֹת

SACRAE TRINITATIS
DISPUTATIO PHILOLOGICA

De

אָרֶפְּיַר
SALOMONIS

Quam

Venia Amplissima Facultatis Philosophica
in Academia Aböensi

DEFENDET
NICOLAUS HAHN

Phil. Mag.

RESPONDENTE

Pereximo Domino

DANIELE LANNERO;

Smoland.

Ad diem si DEO visum fuerit 18 Maij, loco
borisque solitis.

A B O A E,

Excudebat HENR. C. MERCKELL,
Reg. Typegr.

1709?

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
SENATORI,

Supremi Regii Dicasterii
quod Holmiæ est

P R A E S I D I

Et

Academie Aboensis

CANCELLARIO,

Illusterrimo Excellentissimoque Domino

DN. GABRIELI

G A L G E N B E R G /

Comiti de Sandemar /

Libero Baroni de Odensviholm /

&

Domino de Söderby.

KANSALLIS-
KIRJASTO

Domino Meo Gratioſiſſimo,

Celsissime Comes,
Domine Gratiostissime

Jam diu in literarum Palestris solenne
fuit, juvenilium in Academiis labo-
rum specimina edituris, ea Viris Ma-
gnis, ac de Republica optime meritis,
imprimis si literas ament, inscribero. Id-
que non tantum ut se suaque studia illo-
rum

rum Patrocinio Gratiaeque commendent:
sed & ut illorum ingenii factus tanto au-
spicatus tutiusq; in lucem prodeant. Ego
igitur, qui hujuscemodi nunc molior, ad
Aram Gratiae & Favoris Illustrissimæ Ex-
cellentiaæ Vestrae, minutissimum hocce spe-
cimen Academicum depono, humilime de-
votissimeque rogans, ut ignoscat Illustrissi-
ma Excellentia Vestra, quod Nomini Suo
hanc qualerncunque Disputationem dedicare
consecrareque ausus fuerim. Horrore sane
granillo, ac pavore venerabili undiquaq;
circumfusus fui, ancepsque diu hæsi, utrum
satius esset sacro devotissimi affectus silen-
tio, in secreto pectoris Tantum Heroa
venerari, an vero in Augustum Ejusdem
Conspectum, quoq; humilimæ venerationis
modo exsurgere atque prodire. In hac ta-
men anxietate, quod fortunam meam ma-
gis juvare putabam amplexus consilium,
has Illustrissimæ Excellentiaæ Vestrae Poten-
ti Patrocinio & Tutela, pagellas, devoto ani-
mo subjectissime commendare sustinui.
Digneris igitur Comes Illustrissime,
tenue hoc exercitium, quod ceu pium ho-
locaustum Aræ Tuæ supplex impono, Augusta

Ma-

Manu Tua accipere, & nutu saltem unico
solitum favorem indigitare. DEUS inter-
rim T. O.M. Qui Comitem Celsissimum
tanto honoris fastigio collocavit, Spiritu
etiam Sapientiae sue Eundem roboret,
Felicemque quam diutissime clementer esse
jubeat, ut ardentissime vovet.

Illustrissimæ Excellentia
Vestræ

Devotissimus & humilissimus
cliens.

NICOLAUS HAHN.

In Eruditam dissertationem
Clarissimi Domini Magistri
NICOLAI P. HAHN,

De navigatione Classis Salomonis
ad Ophir.

Postquam Rex Salomon, quo non Sapientior
ullus
Ditior ac quisquam, Splendidiorque fuit,
Sacri Palæstini perfecit culmina Templi,
Regalemq; suam mole micante domum:
Ezion ad Gebær celeres, contexere cepit
Naves, ad Rubri littoris omni mari.
Hiram Rex Tyri nautas ratis arte peritos
Ophirum peritus, dat sociosq; viros.
Apportant Naves onerosi ponderis aurum.
Atq; suo Regi, multa talenta vebunt.
Hanc ðum materiam per volvus Clare Magister,
Et quibus in terris, Aurisera Opbir erit,
Ausibus egregius isthac inquirere pergis,
Inde tibi merito, surgat ad Astra decus.
Perge velut pergis docte documenta Minervæ
In meritas laudes, reddere plura; tuas.
Gratulor his studiis, Numen tua fata, secundet,
Inq; usus Patriæ, dirigat optopios!

L. Mq; gratulabundus scripsit
JOH: F L A C H S E N I U S,
S. S. Th. D. & Prof. Prim.

PIRELLA I. HOMM.

De invictis et eximis hominibus
ad hunc

EDITIONEM PROBATA. QUA EVA. EXPEDITA

PER PETRUM DE SABATIUS. QVAM ETIS. EXPEDITA

Σὺν Θεῷ.

§. I.

Prolixiorēm forte ex-
planationēm vocis,
quam dissertationē hāc
in fronte tituli loco
gestat, instituerem,
ni certo certius sci-
rem, scrupulosam
disquisitionēm circa ὀνοματολογίαν, inge-
niis non paucis, præcipue delicatiōri-
bus, usque adeo displicere solitam,
ut aliis nāuseam moverit, aliis bilem
excitarit. Tantum enim abest, ut, qui
eruditōnēm suam sic elucescere spe-
rant, si ex abditissimis latebris, velut
ab ultima Thule, remotas quasdam ab-
strusasque vocum origines eruere &
prolixo catalogo varias diversasque enu-
merare significatiōnes, nec non ca-
rōdi.

A

tervis

tervis vocum idem significantium totas
implere paginas possint , lucem ali-
quam themati fenerentur, ut vel maxi-
me sic vocabula in se suaque natura sa-
tis perspicua & manifesta , interpretationi-
bus suis superfluis magis caligi-
nosa reddant ; cum tamen ejusmodi
difficultatibus omissis atque neglectis,
majori cum facilitate se expedire po-
suissent. Verum hoc in negotio, cum
medium licitum est calcare viam , mo-
dicum tantum ipsius nominis institues-
mus examen ; ἀρχὴ γὰρ παιδεύσεως, η
γῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις, ut loquitur E-
pictetus ; abs re itaque haud facturum
me spero , si brevissimam solummodo,
quamque præsens requirit materia, suc-
cinctam instituero explicationem ipsius
vocis , ne à methodo in Academiis
nostris recepta , prorsus recedere vi-
dear.

§. 2.

Quod itaque ad natales vocis hu-
jus attinet, non est quod de iis anxiè
labo.

• • •

3

laborēm, cum omnibus, qui vel pri-
ma saltem fundamenta sanctæ lingvæ di-
dicerunt, satis constare possit, à radice
scilicet hebræa אָפִיר voculam hanc ori-
ginem trahere, quod cinerem deno-
tati, ut vult Clarissimus Buxtorfius in
Lexic. suo hebr. In sacris literis lin-
gva primæva, hoc literarum ordine scri-
ptum invenimus אָפִיר & nomen est
ipsi regioni impositum, à filio Joktanis
אָפִיר quod ex capit: 10, vers. 29 Genes.
patet, qui cum fratre suo חַיְלָה terram
hanc sui fecisse juris, ibidemque post
confusionem linguarum Babelicam le-
dem posuisse videtur, aut saltem no-
men ejus à posteris, nisi admodum diu
vixerit Ophir, fuisse impositum. Que-
rum posterius licet verosimilius Gt,
versus Orientem tamen eos tetendisse,
certissimum; quando superstes adhuc
ævo Dionysii Chablasiorum nomen
interjectam Arabiæ Babylonizæque ter-
ram incolentium, hoc ipsum satis ma-
nifeste arguit. Hoc confirmati argu-
mento, non sine causa fabulosas anti-

4

¶ 830 ¶ 831

quorum quorundam relinquamus sententias, Bacchum terræ hujus primum fuisse habitatorem asseverantium. At derivationem vocis hujus ulterius quod concernit, illam flagranti studio non nulli impugnare malunt, utpote Magnus ille Philologus Bochartus in Phaleg, pag. 156. qui non אופיר à radice Hebr. אופר sed ex Arabum אופר Auphar, quod Opulentissimum significat deducit. Hæc derivatio tolerari quidem posset, si nullam nobis Sancta Lingua ferret opem, ista vero cum non destituimur, sententiam Clarissimi Buxtorfi majori applausu acceptamus, quod scilicet ab Ophiro filio Joktanis Nepote Heberis nomen acceperit אופיר; ita enim tunc mœris erat, ut quas quis terras primus occupasset, eas pro se suisque possideret atque iis nomina daret.

§. 3.

Paucis etiam, ne diutius Benevolum Lectorem in generalibus hisce detine-

๔๘๖ ๔๘๗

tineam, indicasse satis erit, vocem
hanc nimirum אופיר etiam pro ipso
auro à nonnullis sumi, qua occasione
hæc inter Philologos orta est quæstio;
*An אופיר etiam aurum significet, seu
an sit nomen auri?* Patronos non pau-
cos hæc sibi adquisivit quæstio, statuen-
tes אופיר non tantum ut terram ipsam,
sed ut ipsum etiam aurum accipi debe-
re. Præ aliis excellit D. Hieronymus,
quem in epistola 104. ita scripsisse Mar-
tinus Lipenius in navigatione sua Ophi-
ritica Salomon. refert; *Ophir est genus
auri à loco Indie.* Sed minus recte, si
enim vim vocis accuratius considera-
mus, significationem hanc, nullo mo-
do locum habere animadvertemus; ip-
sum licet denotet locum, unde aurum
eruatur, tamen auri naturam minime
exprimit. אופיר ergo non ut appellati-
vum sed ut proprium considerandum,
proprium inquam, videlicet nomen
terræ, non ut appellativum, & nomen
rei, quemadmodum ingeniose jam jam
nominatus Celeberrimus Lipenius di-
stinguit.

§. 4.

§. 4.

Hicē jam præmissis, verum regnum Ophiriticum quo navigatio Judæorum Regis Salomonis instituebatur, B. cum D. investigare conabor. Peninsulam itaque orbis cogniti maximam, Africam adeamus, ibi num Ophira nostra reperiatur, pro viribus perspecturi. Non desunt qui in plaga hac aspera, torridaque veram Ophiram se inventisse glorianter, ut Barthold. Nihusius, Ophir in regno Zanzibar seu Zangebar & quidem Melindæ in tractat. suo Chorograph. fuisse statuens: cum aliis iterum non satis congrua hæc Nihusii videatur inventio, ad Angolæ usque progredientibus regnum, ibique veram ponere Ophir audentibus. Quidam iterum, quos longa serie Celeberrimus Lipenius recenset, maritimum regnum Cefalæ Ophiram Salomonis esse dictitant. Karthaginem alii ut veram salutare voluerunt Ophir, hoc præcipue ducti fundamento, quia Tharsis & Ophir à multis conjunguntur,

etur, ut nomina ejusdem regionis. Sed hanc assertionem, ut & præcedentes, quæ Ophiram statuunt Africanam, minime approbamus, sed ad ultimos relegamus Garamantas; Karthago enim annis Imperii Salomonis vñdum existit, verum post fata ipsius ultra centum annos initium habuit suum. Angolam quod concernit, incommoda prorsus ad commercia exercenda ab omnibus judicatur, (α) ob inopiam auræ & aromatum. (β) Inter regna mediterranea recensetur. (γ) Insalubri terra hæc laborat aere, & vermes in corpore humano generare solet, teste Luca de Linda in descriptione Africæ pag. 152. Neque Cefalam denique aut Zofalam & Melindam titulo Ophiræ venire permittimus; cum non minores assertio hæc pariat difficultates,

§. 5.

Oceanum jam transfretare opus est, novumque lustrare orbem, Americam, nomen ab Americo Vespucio for-

sortitam, in qua mundi parte Ophiram Salomonam investigare non inconsultum videtur; quum tot insignis eruditionis viris, eam hic collocare placuerit, sed nec singuli illorum unum eunderique observant locum, verum præsubitu nunc hanc, nunc illam Americæ partem eligunt. Christophorus Columbus, qui Oceanum Occidentalem primus aperuit, dum anno salutis Nostræ millesimo quadrinagesimo nonagesimo secundo auspicis Isabellæ Arragoniæ Castiliæq; Reginæ, è portu Gadensi solvit, ac post longam & periculosa navigationem ad Insulam Americæ Septentrionali proximam pervenit, quam in honorem Reginæ Isabellam deinde nominavit, quamque hodie Hispaniolam Geographi vocant, hanc inquam cum inventisset Insulam, veram Salomonis Ophiram se invenisse sapere dicere solitus fuit. Cum Columbo consentit Franciscus Vatabl. notante Augusto Pfeiffero in dubiis vexatis pag. 431. In Peru sive regno

regno Peruviano tanquam auri argenteique feracissimo Ophiram nostram ponunt Ar. Montan. Postellus, Goropius, nec non Mornæus de veritate religionis Christianæ, capite 6. Item Erasmus Schmidius in Oratione de America pag. 261. & innumeris alii, quos partim jam nominatus Excellentissimus Doctor Pfeifferus, partim Celeberrimus Lipenius recensent. Nec non conjunctim in Peru & Hispania Nova seu regno Mexicano Ophiram constituit Thomas Malvenda pluresque cum illo, quos apud eundem Lipenium Benevolus Lector videat.

§. 6.

Sic saxum Sisyphi, & eruditione & auctoritate insignes viri in Ophira investiganda volverunt, dum illam in hac Orbis plaga constituere aggressi sunt, incommoda illa varia, quæ ex assertionibus eorum pullulant, minus perpendentes. Videlicet (α) historia

de Inventione novi Orbis seu Americæ à Christophoro Columbo & postmodum ab Americo Vesputio nec non Efriderico Magellane facta, hinc in fumos & cineres abiret; quomodo enim hi primi inventores habendi sunt, si tempore Salomonis aliis nationibus coguita fuerit. (β) Admiratione dignum videtur, cur non æque Hispanis, Gallis, Italis, Anglis, Batavis, Gothis & Svecis innotuerit, quos tamen ei propiores esse Natura voluit; apud quos etiam ars navigandi haud infeliori peragebatur successu, quam apud Judæos. (γ) Sapientia Salomonis minime consonum videtur, illum è mari rubro portuque Esiongaber navigia sua solventem, relicta India Orientali, tanquam viciniori, notiori adituque minus periculosa, per immensum Oceanum, qui Arabiam & Aethiopiam alluit, ad ignotas Orbis terras instituisse navigationem. (δ) Navigatio hæc Ophiritica

tribus non potuisse absolvī annis, si ad Americam iter sulcepisset, cum vix hodie, ubi nobilissima ars nautica supremum ferme perfectionis suæ artigit culmen, quinque vel sex sufficiant anni, præsertim si litora ad mortem antiquorum metienda forent.

§. 7.

Fundamentum autem firmissimum, quo Adversariorum argumenta demoliri licet, acus magnetica erit, quam lumen navigiorum clarissimum & solamen navigantium haud immrito dixeris certissimum, hæc inquam vires augebit, ut pertinacius arietibus Adversariorum obsistere valeamus: Quando vero virtus hæc magnetica, qua ad polos se dirigit mundi, mortalibus primum innötuerit, primum à nobis inquirendum erit; communis autem omnium fere est sententia, usum hunc magnetis, à Johane Goa, ex Italia oriundo, inventum esse,

anno millesimo & trecentesimo circiter post natum Salvatorem Mundi, illumque primum pyxidis nauticæ seu **Compassi** Fabricatorem extitisse, præter alios magni judicij & doctrinæ viros, etiam Flavius Blondus in Italia Illustrata ostendit. Cum ergo admiranda hæc vis Salomonis nautisque ejus abscondita fuerit, quomodo quæsto ! Americam per tot procellosa turbidaque æquora petere potuit ? ablato enim ipso requisito ad navigationem peregre instituendam, maxime necessario, tollitur etiam ipse effectus scilicet navigatio.

S. 8.

Hic autem insurgit Pineda, vim magnetis directivam Salomonis cognitam fuisse, plenis affirmans buccis, ut hoc ipso, Ophir in America statuere possit. Sed audiamus quæsto ! quam nervose & solide à sapientia Salomonis argumentetur, ubi dicit :

Cujus

Cujus sapientia tanta fuit, ut etiam
 minutissimarum rerum naturam &
 virtutes habuerit exploratissimas, illi
 etiam vis magnetis ad polos conversi-
 va nota fuit, sed Salomonis sapientia
 tanta fuit, ergo. Argumentum hoc
 absque labore Herculeo, cum Cele-
 berrimo Lipenio destruere possumus,
 respondendo (α) quod eadem pro-
 babilitas de Adami sapientia esse pos-
 sit, quam longe superiorem Sapien-
 tia Salomonis fuisse minime dubita-
 mus, cur igitur ab innata ejus rerum
 naturarum scientia, mysterii hujus
 originem non arcessunt. (β) Negat-
 tur major; nulla enim vis connecten-
 di est; Salomon minutissimas etiam
 vilissimas novit res, ergo etiam vir-
 tutem magnetis. (γ) Minor etiam
 negatur, quod Salomon singularum
 rerum notitiam habuerit; non enim
 ἀνέγνωστa ista Salomonæ sapientiæ, tam
 ad futurorum, quam ad præsentium &
 præteritarum rerum cognitionem ex-
 ten-

tendenda est. Sic Salomon futura
minime novit, nec ea omnia perspe-
cta & cognita habuit, quæ nostris de-
mum seculis reperta, vel olim repe-
rienda erunt, licet vires & naturas
illarum rerum noverit, quæ tum vel
cognitæ erant, vel quas divina beni-
gntias humano generi cognoscendas,
aut mortalium curiositas oculis mani-
busque Regis dijudicandas tum dede-
rat. Ambros. Comment. suo in cap.
30. Proverb. locum Sapient. vers 17.
illustrans, admodum superfluus in
amplificanda sapientia Salomonis vide-
tur, illam tamen ad res factas & co-
gnitas, non ad res sequuturis tempori-
bus adinveniendas extendere ausus
est. Manebit itaque hoc immotum,
nautas Salomonis, dum navigationem
in Ophir instituerent, non dum In-
strumentum hoc nauticum habuisse,
utpote iis plane ignotum.

§. 9.

Divitius forsitan in litore America-
no commoratis, ut nunc Asia adea-
tur, consultius videbitur, ubi Ophi-
ram nostram majori faciliter inveni-
emus, si (a) inquiramus, num mer-
ces illæ Salomonis allatae, in Terra Aga-
rica reperiantur, quarum sit men-
tio 1. Reg. 10. vers. 22. videlicet

זחב וכסף שנחכמים וקופים ותבוייס :

Quæ hunc in modum interpretatur
Rabbi Levi ben Gerson ad eundem vers.

שנחכמים הם שני הפל הגורדים

אשר מהם יהויה מה שישתמשי

מןנו כמלאכה וואורי בלען

וקופים הם שימושה בלען

ותוניוים הם פאווכש בלען

Minime vero dubitandum est, quin
singula haecce in magna copia apud In-
dos crescant, quod praeter antiquos,

Pli-

Plinium, Solinum, Pomponium Melam, Curtium, etiam recentiores tam propria experientia, quam aliorum relationibus edocet, solide asserunt, Isidorum lib. 14. cap. 3 de India sic loquens audiamus; India gemmis & nephantibus, auro & argento referenda est, gignit etiam tinti coloris homines, psittacos aves, ebenum quoque lignum & cinnamomum & piper, & galatum aromaticum: mitem & ebur, lapides quoque pretiosos, berillos, chrysoprasos, adamantem, carbunculos, margaritas & uniones. Quæ itaque regio ob divitias suas notissima fuit, imo antiquioribus seculis non raro navigiis visitata, ad eam etiam classem Salomonis appulisse probabilius est, quam ad aliam terram quandam ignotam; atqui India Orientalis ob divitias suas maximè celebris fuit, ergo etiam ad eam classis appulit Salomonis. Consultissimus J. U. D. Loccenius, jur. marit: lib. 3. cap. 6. §. 2. par.

partem illam Asie extra fluvium Gangesem sitam, quae hodie Pegusiae Regnum vocatur, ut veram Salomonis Ophir constituit, multique cum illo in Orientali hac Asie parte Ophir investigare consultum ducunt, licet in assignando situ ejus vero, paullum differant Auctores.

§. 10.

Quemadmodum Grotius, Ophir ad extrema Persicæ transfert, regnum videlicet Ormus, ad litora Sinus Persici situm, utque potentia magna, sic divitiis infinitis pari cum aliis ambulans passu. Cui sententiaz nos etiam haud difficulter subscriberemus, nisi adeo propinquam portui Esion Gaber fecisset Ophir; triennalem enim navigationem minime expeditio hæc requireret. Celeberrimus Georg. Horn, in observationibus suis ad Sulpitium Severum libr. I. ad Saphar vel Aphar oppidum in eodem sinu licet proprius

C

Ocea-

Oceano confugit, ibique veram Salomonis fuisse Ophir affirmat, quod neque concedere possumus, si alias navigatio illa triennalis immota manebit.

§. II,

Ulterius itaque progredi necesse est, si alias inquisitio nostra Ophiritica prospere succedere debeat; ad Indiam nimurum Orientalem sive Indiam extra Gangem, terram sane quemadmodum vastæ magnitudinis, sic divitarum omnem pene fidem excedentium feracissimam, in qua præter aurum purissimum, argentum, adamantes, carbunculos, margaritas & alia Naturæ bona, quæ nobis abscondita sunt, nihil invenies. Si hic veram posuerimus Ophiram, non quidem pœnitabit; cum præter auctoritatem Excellentium Virorum, ipsa etiam ratio hoc indicat; absque Compasso enim nautico, felici successu

cessu navigationem hanc inchoare & perficere potuerunt, quibus expeditio illa Ophiritica commissa fuit, siquidem à parte sinistra litora legebant, ubi hoc illis præter spem aliquando fecellit subsidium, sidera observabant, certasque emittebant aves, quarum ex volatu litora cognoverunt, more tunc temporis apud omnes tam Rubri, quam Mediterranei maris incolas recepto, ut testatur de Phœnicibus etiam in Icaromenippo Lucianus. Præterea etiam inde mea hæc confirmatur assertio, quod India olim præ reliquis terræ partibus, auro argentoque abundarit; Ibi enim & aurea Chersonesus, & extra Indi ostia duæ Insulæ horum metallorum preventu celeberrimæ erant. Unde Pomponius Mela libro 3. capit. 16. refert, ad Tamum, Insulam fuisse Chrysen, ad Gangem, Argyren, alteram aurei soli, alteram argentei: quas Julius Solinus Polyhistor Capit. 65. ita-

describit: Extra Indi ostium sunt Insulae duæ Chryse & Argyre, adeo fæcunda copia metallorum, ut plerique eas aurea sola produderint & argenteas habere. Nec obstat, quod 1. Reg. 10.
v. 22. Classis Oceani Pro Rege, ut Tremellius reddit, fuisse dicatur; nam præcedentis capitinis vers. 27. legitur Hiram classem Salomonis, seruos suos, nautas peritos maris misse, quod ex 2. Chronic. 20. vers. 36. adhuc clarius evadit. Locus autem, unde classis Salomonis solverat, διαρρέειν ponitur Esiongaber, in litore maris rubri, in terra Edomæorum, 1. Reg. 9. vers. 26. Unde nulla cum mediterranei maris classibus communicatio erat. Quare si κατ' αἰεκεφαλάιωσιν, loca consideraverimus, unde & quo classis hacce profecta, tum tempus navigationis modumque eo tempore usitatum, præcipue vero merces ipsas, quarum simul comprehensiarum nusquam nisi in India

dia fuisse natales, ex solo Pavonum exemplo ostendit in Synopsi Critic. Matthias Polus, cui concinuit illud Virgilianum, *India missis ebur*; nulli dubitemus firmiter concludere, salutatam classe Salomonis Indiam Orientalem, nec ullam aliam terram fuisse. Quod adhuc infallibilius redditur, quando etiam constat, ob quas causas Viri Eruditi in sententiarum hac de re fuerint abrepti divortiæ.

§. 12.

Pluribus hæc ulterius perstringere, propositæ brevitatis ratio prohibet, quæ svadet & impellit, ut iis, quorum humeri tanto oneri pares sunt, ea ampliori stilo illustranda relinquam. Interea Te Benevole Lector, omni reverentia rogo, ne dedigneris pauca hæcce in meliorem interpretari partem. Ingenue quidem confiteor in materia hac difficilima maxime que intricata me versatum esse, non

ut argumenti hujus nobilissimi postula-
vit dignitas, sed ut potuit ingenii
mei imbecillitas. Tuum ergo, volun-
tatem, licet & haec defuisse vires,
laudare erit, quod si feceris, me vi-
cissim honestorum tuorum conatum
præconem semper habebis invenies-
que indefessum. Vale!

Móvω τῷ Θεῷ δόξα.





